



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Digressio de Hypocrisi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

homini habitationem parare debeo; talem rem esse, ut ab opere cor; to quemque terrere possit; addidit proinde animum vel sapientissimo, vel ditissimo: *Viriliter age, confortare, ne timens, ne parveas.*

Ibidem.

O quantam a estimationem construendum illud templum habebat! *Ecco ego, inquit ad filium Salomonem, in paupertate mea preparavi imperpetuum Domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia, avis autem, & ferri non est pondus, vincit enim numerus magnitudinem, &c. Sic lapides, & ligna paravi, &c. omnia haec in paupertate mea. Quid! Centum millia auri, & mille millia argenti talenta in paupertate! Milliones magni, si talenta haec erant Mosaiica, in paupertate? Sic sentiebat, quasi diceret: O si haberem! O si thesauros immensos habere: emilibentissimè omnes in hoc opus expenderem. Sicque videmus eodem spiritu Salomonem ingentes impendisse thesauros, omniaque auro pretiosissimo contexisse, ut templum aureum dici posset, &c. Declarant haec reverentiam, quae Deo debetur in templis, &c.*

Digressio de Hypocrisi: De ficta Hypocritarum oratione.
PUNCTUM XX.

Psal. 50.

A Dedo subtilis est inanis gloriae ventus, ut facillimè iniret, ut os aperiat orantis. Ut cavebat Propheta, ne sibi hic ventus os aperiret! *Domine, labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam, quasi diceret: Non sit hypocrisis, ac inanis gloriae ventus, qui os meum aperiat: sed tu Domine, tuaeque laudis, & gloriae desiderium. O quam multi aperiant ora in Ecclesia, sed non omnibus aperit Deus! Quidnam ergo: Illud, videri velle, laus illa devotionis, & sanctitatis; merces distributionis, lucrum. Timor efficit, ut ille celebret: non ei Deus aperit os. Illi, qui principaliter in Chorum vadit ad distributionem, non Deus aperit os. Alius coronam recitat, ut videatur,*

A & c. Hinc Ecclesia in ipso Matutini vestibulo hoc utitur versu, ad rectificandam orantium attentionem, quod scilicet quisque oret, & psallat, non ob inanam gloriam, non ob lucrum; sed ob laudem, & gloriam; quam primò, & principaliter intendat.

Videbis virum, seu mulierem ante Christum Cruci affixam adeò pendentem, ut in ecstasy, seu mentis excessu penitus rapta videatur: paulò post sese ei offert occasio delectationis, ac gustus sensus, totam se sensui tradit. Observasti pictores? Depingunt Crucifixum suis coloribus, aut potius suis livoribus spirantem, ante quem propria arte illecti tot actus confingunt, ut ab his, qui nesciunt eos esse pictores, sancti existimentur, & censentur: sed venit quisquam, pretium offert, picturam vendunt. Sic, sic hypocrita. *Dabit cor suum in similitudinem picturae.* Hypocrita tot devotionis confingit actus, ut videatur velle devotare Sanctos, ne dicam Hebraicè, Devotare Sanctos: sed pretium occasuunculae offert, sentientis, quòd affectus gloriolae sese ipsum intuebatur, se ipsum adorabat.

Ab ipsum non dat lumen picturis: sese in speciem orantis ante lumen oculorum hominum statuit: non est hoc lumen. Sua opera facit, ut videatur ab hominibus: recepit mercedem suam, vilem gloriam, quam captat. Verum lumen illud est, de quo Propheta: *Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestrae non confundentur.* Haec sunt picturae pretij, in oculis Dei pulchrae: *Et Pater tuus, qui videt te in abscondito, reddet tibi.*

Vultus hypocritarum splendorem quidem, ac pulchritudinem veri orantis praeseferunt, sed est pulchritudo plantae illius, cui heliotropio nomen, quae sese voluit ad Solem: sic etenim isti se solum vertunt ad Solem oculorum hominum, ad cuius Solis occasum, mox ab oratione languescunt, ac desinunt. *Vidisti stultum firmam radice, & maledicti pulci, virtutem eius statim.* Ut indignatur Deus! q. d. Quae pulchritudo apparens, quae hypocritis haec, ostendere cogitationes caelestes, & habere terrenas? Verè *firma radice*, quia ut pluri-

Ecc. 38. Proverb. 20. Pagnin. & Lyr. ibid. Hypocrita pictorum similes.

Matth. 6.

Et heliotropij.

Iob. 5.

plurimum hypocritarum sunt obfirmati in cogitationibus terrarum: quos meritis stultos appellat: quia pro terrenam solum retributione defudant.

Job. 27.

Qua est spes hypocrita, si avare rapiat? Nunquid poterit in omnipotente delectari, & invocare Deum omni tempore? Non: quia dum non videretur, non orat. Vel quia non verè orat, idèd non omni tempore, ut qui verè orat, orare potest. Quæ est spes exauditionis hypocritarum, si gloriolam avare rapiat? Nulla. Gustumne ullum habet in oratione? Nullum. Dei fores patèntne ei omni tempore, ut his, qui verè orant? Nequaquam. O vanam hypocritarum!

Luc. 6.

Domini erat pernoctans in oratione Dei; hoc est, juxta phrasim Hebraicam in magna, & efficaci oratione. Cedros Dei, montes Dei. in Psal. Jonas 3. Civitas magna. Hebr. Civitas Dei. Non pernoctat hypocrita in simili oratione, quia nemo est, qui videat.

Isa. 29.

De his per Isa. Populus hic labiis me honorat. Alij: Appropinquat iste populus ore suo, & labiis suis glorificat me: cor autem eorum longè est à me. Hoc est, appropinquare videtur suis orationibus, sed longè abest suis cogitationibus, & operibus.

Matth. 23.

Ex his Pharisei erant, quorum discipuli sic benè confidebant: Magister, scimus, quia verax es, &c. Quibus iratus Dominus: Quid me, inquit, tentatis hypocritarum? D. Lucas eos appellat insidiatores: Miserrunt, ait, insidiatores, qui se justos simularent. Quid miramur, si Dominus indignatur.

Psal. 106.

Nihil est, quod magis Deum ad iracundiam provocet, quam si fides accedere, & cum duplicitate, ac simulatè ire. Non adhæsit mihi cor pravum, declinans à me magnum non cognoscebam, oculi mei ad fideles terrarum, ambulans in via immaculatâ, hic mihi ministrabat. D. Hieron. Cor pravum recedit à me, oculi mei ad fideles terrarum, ut habitent mecum ambulans in via simpliciter, hic ministrabit mihi, non habitabit in medio domus mea faciens dolorem, loquens mendacium, non placebit in conspectu oculorum meorum, vel ut verit. Felix, non stabilietur in conspectu oculorum meorum; hoc est, in domo mea esse non poterit, circè exibat, &c.

D. Hier. ex Hebr.

In Prov. Abominatio est Domini oratio illusor. & cum simplicibus sermocinatio ejus. Speranza Scripturæ selecta.

Prov. 3.

Hebr.

In Prov. Abominatio est Domini oratio illusor. & cum simplicibus sermocinatio ejus. Speranza Scripturæ selecta.

vel Hebr. Cum veltis consilium, & secretum ejus. Quinam sunt illusores? Qui fictè, & nõ seridè Deo serviunt. Sed vè illusoribus.

Ve illis, quia in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Core perierunt. Tres hypocritarum. Cain genu flectens, & offerens sed holocausta non medullata medullâ intentionis rectæ, quod est hypocritarum: Balaam torrens altaria, ut se à Deo torum pendente ostenderet, qui tamen torus à mercede pendebat, hypocrita verus, veros signans hypocritarum, effusus mercede gloriolæ: Core similiter ficto zelo communis boni, quod præfecturæ inter paucos restringi nõ deberent, ambiens ipse præfecturam, hypocrita exitit. Vè illis, inquit Apost. sed vè imitatoribus. O quot. Quinam, o Apostole?

Tuda 11.

Num. 22.

Hypocrita ab apostolo Iuda descripti.

Num. 16.

Hi sunt in epulis suis macula, convivantes sine timore, semetipsos pascentes. Tangit modernos hypocritarum. Hypocritarum olim præ jejunio faciem exterrinabant, hoc est, extra naturalem terminum ob insignem maciem, ac pallorem ponebant: nunc hypocritarum manducant, & benè manducant. Hoc sibi vult, juxta Gloss. interl. & Hugonem Card. Sum in epulis suis macula: Id est, gula; unde macula provenit, sunt ultra modum studentes, idque sine timore.

Tuda 12.

Gloss. Interl. & Hugo Card.

Nam quis crederet, Prædicatores jejunii, in secreto voraces? Et tamen sunt semetipsos pascentes, non pauperes Christi, inquit Gloss. Ipsi, ipsi manducant, & quia clam, idèd sine timore manducant. Sed tamen ut macula magna confusione deteguntur. Gagneiu ex Græco, loco macula, legit. Confragosus in mari saxa, & cavernosa rupes. O quam verè! o quam multi incautè in hostes latentes incidunt scopulos, dū nimis eis fidunt! Cave igitur, cave.

Gagneiu ex Græco.

Quos ut melius dignoscas, suis tibi Apostolus depingit coloribus, & subdit: Nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur; nubes, quæ videntur cælum tangere; quæ plenæ; fecundæque aquis gratiæ, doctrinæque videntur nam de Deo loquuntur, ac si Deum intra se haberent; eum tamen sicca omnia sunt, & vacua omni humore gratiæ, à vento aut popularis circumferuntur. Divinitus hic Hugo Card. Nubes sine aqua, Ecce, inquit, impetuositas:

Hypocrite nubes sine aqua,

Hypocrita

K

qu



quia tales nubes sunt generativæ fulguris, & tempestatis. *Quæ à ventis circumferuntur.* Ecce instabilitas, & impatientia 2. Petri 2. *Hi sunt fontes sine aqua, nebula turbidibus exagitata.* Melius dici non poterat. Hypocritæ sunt nubes impetuosa generativæ fulguris, & tempestatis: sese enim, ut possunt, continent; postea impatienter contumelia fulgur emittunt, & c.

2. Pet. 2.

Iuda 12.

Cajetanus.
Hypocrita arbores autumnales.

Isa. 18.

Carthusianus.

Glossa.

Gen. 26.

Isa. 57.

Arbores autumnales infructuosæ. Arbores autumnales, quæ multa folia, ac fructum nullum habent. Arbores in autumno florentes, inquit Cajetanus & propterea infructuosæ: quæ enim in autumno florent, hyeme superveniente ad maturitatem fructum non perducunt. Magnam hæc ostensionem habent viridantium foliorum, sed sine fructu. Tali ratione hypocritæ fructum promittunt, sed folia exhibent. *Ante messem totus effloruit* (in flores, & frondes) *Et immatura perfectio germinavit.* Vocat immaturam perfectionem, vitam illam ad speciem ecclésiasticam sine fundamento humilitatis, &c. *Germinavit,* aut superbiam, aut carnem. *Arbores autumnales infructuosæ sibi, & aliis.* Subdit: *Bis mortua.* Carthusium ratione omissionis boni, quod agere deberent, tum commissionis mali, quod agunt Glossa: *Bis mortua,* & ante conversionem per opera evidenter mala; & post per eadem apparenter bona. *Eradicata,* nimirum à gratia, à terra charitatis, quæ fructus facit centuplicatos. *Seminavit Isaac in terra illa, & invenit in ipso anno centuplum.* Non sic hypocritæ arbores bis mortuæ, & eradicatæ, &c.

Fluctus ferimaris, despumantes suas confusiones. Undas vocat ferimaris, ut intelligas, si interdum videntur esse pacati, ac tranquillæ, intus tamen suis agitati passionibus. *Impij autem quasi mare fervens, quod quiescere non potest.* Hinc harum cogitationum fluctus modò videntur ascendere usque ad cælos, modò descendere usque ad abyssos, in quibus regulariter confringunt ingentes fluctus suos: nam etsi elevari videntur usque ad finem placendi deo, reverà tamen nolunt placere, nisi hominibus. Unde quicquid agunt, quicquid cogitant, totum spuma, & confusio est.

A *Sydera tandem errantia.* q. d. Videntur sydera fixa, & cœli in firmamento, cum sint errantia, immò puræ exhalationes, quæ mox in aëre propriam eorum spheram evanescent, aut mox in tenebras exteriores eclipsantur. *Quibus procella tenebrarum servata est in æternum.* O quam bene hypocritæ vocantur sydera errantia! *Beda.* Hæc juxta Bedam, nunquam in eodem loco, ubi prius fecerant ortum, occasum faciunt; sed modò ad infima zonæ brumalis descendunt; modò ad alta zonæ solstitialis ascendunt; modò ad medium zonæ æquinoctialis lineam repetunt. Sic hypocritæ fictam lucem, ac splendorem sanctitatis circumferunt, nunquam in eodem statu perdurant; sed modò ad zonæ brumalis desperationem descendunt; modò ad altam zonæ solstitialis præsumptionem ascendunt; modò & c.

C *Sydera errantia.* Prophetavit autem de his *Enoch:* *Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes.* Sed ad quid hic de iudicio meminisse? De hypocritis sermo fuit, & per consequens de iudicio loquendum erat. *Quid ager Deus in die illa magna coram omnibus, cælo, ac terra?* Hypocritas deteger: confusione suffundet hypocritas.

D *Revelabunt cæli iniquitatem ejus.* *Et terra confurget adversus eum.* q. d. Ad cælum spectat ostendere, quod stellæ nomen non merentur, nisi erraticæ. Cælum revelabit, nihil inesse veræ lucis, sed ficti splendoris. Nunc, ait ibidem Greg. hominibus *D. Greg. 19.* per dupliciter multum celantur, sed in *Mor. 19.* damnationis die, quicquid in eo intrinsecus latebat, ostendetur. Unde apta subjungitur: *Apertum erit germen domus illius.* *dehabetur in die furoris Domini.* Tunc germen domus illius aperitur, cum omne malum, quod in conscientia illius nascebatur, ostenditur: modò quippe germen domus hypocritæ manet occultum, qui a cæli bona imagine apparet operatio, late tamen intentio: sed cum adveniente Iudice, unicuiusque conscientia ad testimonium fuerit deducta, in hoc hypocritæ domus germen aperietur: quia in ejus mente cogitatio perversa detegeretur, & c. Tunc coram cælo, terraque, testibus Angelis, & hominibus clarè patebit, an assiduè,

Sua, ac frequens Eucharistia susceptio, & c. esset ob desiderium unionis anime cum Deo: anne potius quis in devotior aliis videretur. Sed quæ confusio tunc erit, cum in conspectu hominum, & Angelorum is, qui sanctus habebatur, reprobus invenietur? Quæ beata credebatur, erat adultera? Qui bonus dicebatur, erat avarus? & c. Revelabunt cali iniquitatem ejus, & terra consurget adversus eum.

A hæc viscerum impendio texit tenentem, subtilemque telam, ut muscam capiat! O quam magis stulto labore hypocrita sese eviscerat, arte, ingenioque utitur, ut muscam humanæ laudis acquirat? *Telas aranearum texerunt. Tela eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: opera eorum, opera inutilia. Ideo subdit Job: Non ei placebit recordia sua, quia scilicet bona laboriosa agebat pro favore humano. Greg. Nulla major recordia, quam præceptis Dei fortiter insistere pro terrenâ retributione.*

Isa 59.

D. Hieron. Hypocrita aureo piscantur hamo, & hamum perdit.

B O dementiam hypocritarum, qui, ut ait Hieron. ob inanem modicam gloriam perdunt meritum operum, quæ agunt? Aureo piscantur hamo, inquit ille, dumque pisciculum querunt, hamum perdant. Nero, ut referunt, hamo aureo piscabatur. Hujus levitatem, ac inutilissimam prodigalitatē irrisit quidam, & meritō, quod ob pisciculum unius oboli, hamum aureum, quem sæpè pisces lutri picabant, amitteret. Hæc est dementia, ac prodigalitas hypocritæ, qui aureo piscatur hamo, qui que pro nihilo opera maximi valoris amittit. *Nunquid tale est jejuniū quod eligi? Nunquid contorquere quasi circum collum suum? Heb. Contorquere quasi hamum collum suum? Sic, ubi nos legimus: Cum per verso perverteris, Heb est, Cum torquente, & obliquante se, & c. q. d. obtorquendo collum hamo aureo gloriam piscatur. O insaniam tantæ rei jacturam facere, & tam parvum fructum captare! Eorū ora pallefcunt, ait Greg. corpus debilitate quatitur, pectus interrumptibus suspiciis urgetur, nihilque tanto labore, nisi aestimatio humana cogitatur. Et quid aliud hoc est, quam opus araneæ texere, seseque eviscerare ad aucupandam muscā.*

Isa. 58.

Hebr.

Psal. 17.

Hebr.

D. Greg. 3. Mor. 26.

C Sicut tela, hæc bene Hugo Card. inquit, studiosè texitur, sed flatu venti dissipatur. Sic quicquid hypocrita exsudat, favoris aura exsufflat. Greg. Hypocrita dum laudatur, dissipatur. Pergit Job: *Innititur super domum suam, & non stabit, fulciet eam, & non consurget.* Domus hypocritæ est favor humanus, vel fiducia sanctitatis, cui modò innititur, quia stat coram hominibus, sed in judicio coram Deo non stabit: fulciet eam enumeratione bonorum operum, quæ inutiliter facit. Quod enim per se stare nequit, ut ait Greg. fulcitur, ut stet. Sic hypocrita, cum vitam suam in judicio cadere conspicit, enumeratione operum fulcit. *Domine, nōne in nomine tuo propheta vivimus? & c. Sed domus laudis sic fulta nō surgit, quia in omnibus, quæ agit, animum nunquam à terrâ levavit, & idè dicitur eis: Nunquam novi vos.*

Hugo Card.

D. Greg.

Matth. 7.

1 Cor. 13. Gracè.

Iob. 8.

D. Gregor.

8. Mor. 26.

Hypocrita aranearum similes.

D *Humectus videtur, antequam veniat Sol, Iob. 8. & in ortu suo germen ejus egredietur.* Loquitur adhuc de hypocrita sub convenientissimâ scirpi metaphorâ Humectus, ait, videtur hominibus humore sanctitatis, sive gratia sanctitatis infusus, sed coram Sole justitiæ, in die judicii aribus apparebit: nascitur enim scirpus cum flore suo, & secū germen sui seminis producit. Sic hypocrita in ipsa operis inchoatione premium laudis recipit, & idè aliud nō habebit: *Date flores Moab, quia florens egredietur. Jerem. 48. Iob. 8.*

E Sed quoniam in scirpum incidimus, symbolum hypocritæ audiamus Job, & super eum Greg. *Nunquid vivere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aquâ? Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arefcit, sic spes hypocritæ peribit.*

K 2 Ubi

*D. Greg. 8.
Mor. 17.
Hypocrite
Symbolum sicut
pau.*

Ubi Greg. Scirpus exterius virens, interius autem vacuus, hypocritam designat, qui speciem quidem viriditatis habet, sed ad humanos usus fructum utilitatis non habet, qui sterilitate operis aridus permanens, solo sanctitatis colore viridescit, sed non vivit sine humore, quia in cunctis, que agit, exteriores laudes appetens, à fructu perceptæ infusionis superari muneris inanescit: unde scirpus in flore, est hypocrita in laude: Acuris vero angulis surgens carectum, manu non capitur, quia exasperatis per arrogantiam sensibus, de pravitate sua hypocrita corripitur. Sanctus nanque esse non appetit, sed vocari: & cum fortasse corripitur, quasi in opinionis gloria deturatur: loqui sibi redarguentem prohibet, quia velut in occulto vulnere tactus dolet: qualis imperitis innotuit, talis vult ab omnibus aestimari: & paratior est mori, quam corripitur: redargutione deterior redditur, quia quasi dixit percussione aestimat jaculum, puritatis verbum: unde exasperatus protinus in contumelias surgit, & quæ mala exaggeret, contra vitam correptoris inquirat, &c. Denique nemo illi suum florem adimat, omnes eundem contemplantur, omnes vereantur, &c.

Idem c. 29.

Res est quidem fletu digna, ut hic subdit Greg. hypocrite vanitas, qui cum recta operari appetit, prius mente sollicita ejusdem operis sui testes querit, & tacita secum cogitatione pertractat, si qui gerenda videant, & si dignè hæc eloqui, qui viderint, possint. Si vero ejus facta nullum fortasse hominum contingat aspicere, hæc se proculdubid aestimat perdidisse, & interim arbitri oculos quasi absentes deputat, quia ab eo vicem sui operis recipere in posterum recusat. *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.*

*Matth. 8.
Hypocrite mendicanti.
Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur.
D. Greg. 8.
Mor. 17.*

O miseris, ut præsentem mercedem mendicant, qui futuram non expectant! *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur.* Ubi Gregor. Oleum à proximis petere, est gloriam boni operis à testimonio alieni oris implorare: mens enim vacua, cum cunctis suis laboribus nihil se intus tenuisse invenit, testimonium foris querit. *Date nobis de oleo vestro.*

A Ac si apertius dicant: Cum nos repellisse retributione conspicitis, dicite in operibus nostris, quid vidistis: Verè facta, quæ etiam morti proximæ, cum semper in vita fuerint gloriæ cupidæ, gloriam & in morte quaerunt, &c.

Sed horum ingenium optimè depingit:

D. Antonius Patavinus ad illa verba: *Facta est mihi hereditas mea quasi spelunca hyæna.* De hyæna, inquit, multa mira dicuntur. Est enim animal parvum, sed rusticum, nocte sepulera perfodiens, & cadavera mortuorum vorans. Voces hominum affectat, stabula pastorum sequitur, & auditu assiduo addiscit vocamen, quo exprimere possit imitationem vocis humanæ, ut in hominem accersitum de nocte sæviat. Vomitus quoque humanus mentitur, falsisque singultibus sollicitans, sic canes devorat, qui venantes, si umbram ejus, dum sequuntur, contigerint, latrare nequeunt, voce perditam. Varietas multiplex inest oculis hyænis, & colorum commutatio. Hyæna quodcumque animal terlustraverit, movere se non potest. Sic hypocrita est animal bestialiter vivendo, parvum simulatione, rusticum operis deformitate, nocte simulationis sepulcra perfodiens.

E Penetrat enim, dicit Apostolus, domos mulierum. Per dulces sermones, & seductiones evocat innocentes, & sic cadavera peccatorum vorat: voces, id est, laudes hominum affectat: stabula pastorum, id est, loca, ubi prædicatur, sequitur, ut auditu assiduo quid addiscat prædicare, & suam prædicatione homines ad se accersitos decipiat. Vomitus quoque humanos, id est, peccatorum confessiones mentitur, accersat se peccatorem, cum non credat esse, falsisque singultibus, id est, gemitibus homines sollicitat, ut eum sanctum credant, quem sic gementem viderunt. Cujus etiam umbra si aliquem contigerit, is contra ipsum latrare non poterit, immò ipsum defendit. Item in oculis hypocrite est multiplex varietas oculorum. Aliquando elevat eos ad cælum, & suspirat: aliquando ad terram, & gemit. Nec est solà in eo oculorum commutatio, sed & colorum. Modò enim est pallidus,

*D. Anton.
Dominic. 8.
post Trinit.
Jerem. 12.
Hypocrite hyæna similes.*

*2. Tim. 1.
Hypocrite gratia
phie descri-
ptæ.*

dus, modò habet vestes despectas, modò
 compositas, modò placet abstinentia,
 modò displicet. Hæc diversi coloris mu-
 tatio, interioris instabilitatis mutatione
 significat. Tandem animal, quod hyæna,
 id est, hypocrita, ter lustraverit, id est,
 circumvenierit verbo prædicationis, ex-
 emplò fictæ sanctitatis, asseveratione
 firmissimæ promissionis, immobile per-
 manebit. Obsecro ergo, *attendite à falsis*
Prophetis, qui, ut dicit Gloss. maximè per
 impatientiam discernuntur in tempore
 adventitatis: cum enim prosperitas attri-
 det, pelle sub agnina, corda lupina latent;
 sed cum adventitas flaverit, pellis ovis
 lateratur.

Matth. 7.
Gloss.

Gen. 22.

Gloria huma-
na contempto-
res honorat
Deus.

O quam longè Sancti aberant à quæ-
 rendâ laude! In his, quæ agebant, oculos
 Dei oculos intuentes optabant, *Dominus*
videt, inquit Abraham: *Quid!* In re tam
 arduâ, tam insolitâ, tanti meriti, in re di-
 gnâ omnium creaturarum conspectu,
 spectatores non quærit? *Dominus videt*,
 satis est. Sed notare: *Quia fecisti hanc rem,*
&c multiplicabo semen tuum, sicut stellæ cæ-
li, & vocabor Deus Abraham. q. d. gloriam
 non quæris, solis meis contentus oculis:
 & ego conspicuum te reddam & Angelis,
 & hominibus.

Quòd homo magis secretè operatur,
 sesèque abscondit, eò magis eum Deus
 detegit. *Vir erat in terra Egiptus, nomine Job.*
 Latitabat illic in terrâ Gentiliû, ceu præ-
 tiosa margarita in cœno: sed vide, quo-
 modo eum ad lucē eam adduxit: *An putas*
(juxta Sept.) me aliter tibi respondiisse, quam
ut appareas justus? hoc est, Quam aliam ob-
rè permisi, ut tentationes te invaderent,
nisi ut iustitia tua elucescat, ac vivendi
ratio, amorque erga Deum ipsi Diaboli,
omnibusque hominibus, qui tunc usque
ad consummationem mundi, manifeste-
tur: Et quantum Deus illustrat, honorat
que fugientes honores. O si esses sicut vir,
qui abscondit se à vento! O si tenebras ama-
res, ac latibula quæteres, quantum majori
tuo honore faceret Deus de tenebris lu-
cem splendescere?

Iob. 1.
Iob. 40.
Septuag.

Isa. 32.

Luc. 21.

Opera secretè
facta Deus in-
lucē producit.

Mirum est, quantum Deus ad lucem
 proferat abscondita opera: Vetula illa,
 quæ quod habuit, obtulit, duo solum mi-

A nuta in dona Dei quàm secretò dedisse
 credendum est? Non certè tuba cecinit,
 non jactantiâ pharisaicâ obrulit: Christus
 tamen foras eduxit, & ut thesaurum in
 Evangelio recensuit, &c.

B Magdalena effudit unguentum illud,
 non ut laudaretur, quin in domo Pharisæi
 potius vituperationem, quàm laudem
 inde poterat expectare, tibi non defuit,
 qui hanc laudabilem effusionem culpa-
 vit: Dominus autem laudavit eam, ad-
 eoque laudavit, ut dixerit: *Vbicunque præ-*
dicatum fuerit hoc Evangelium, dicetur, quod
hæc fecit. Quantam in lucem abscondita
 profert?

Matth. 26.

Intentio sit in occulto, nõ est quæren-
 da laus, *Stellæ (veræ, & fixæ, non errantes)*
dederunt lumen in custodiis suis, & latente
sunt, vocata sunt, & dixerunt: Adsumus, &
luxerunt ei cum jucunditate, qui fecit illas.
 Mirum! cui lucent: Creatori, an nobis?
 Mihi videntur stellæ factæ in firmamen-
 to, ut hominibus nocte lucent. Verum:
 sed si à stellis exquireres, cur hoc lumen
 præbetis? si respondere possent, utique
 responderent: Quia Deus imperat, illu-
 cemus: illi ergo servimus. *Et luxerunt ei*
cum jucunditate, qui fecit illas. Sic, sic mysti-
 cis stellis agendum: dent lucem in custo-
 diis suis absconditæ, non extra custodias,
 ne videantur: vigilent ad instar custodiae,
 dum alij dormiunt, ad orationē, ad opera

Baruc. 3.

D pietatis vocatæ accurrant, & dicant: *Ad-*
sumus. Quòd si testes homines non ha-
 beat, non curent: sufficiat solum Deum
 habere: testem: luceant, serviântque
 ei cum jucunditate, qui fecit illas: non
 deerit, qui aspectum observet, qui
 benignos in proximos influxus notet,
 quique in Ephemeridibus, ac Annalibus
 conscribat. Sic Anselm ad illud. *Inrer quos*
lucetis, sicut luminaria in mundo. Quia, in-
 quit Anselm sicut Luna, & stellæ non amittunt
 lucem suam propter noctem; sed
 magis lucent: sic vos mente in cælo fixi
 non obscuramini; sed magis lucetis benè
 operando: Vult, ut Christiani sint quasi
 stellæ, quæ in cælo fixæ non curant ter-
 rena, sed totæ intendunt, ut suos cursus,
 & motus peragant.

Philip. 1.
Ansel. ibid.

Isti sunt dua olivæ, & duo candelabra luc. Apoc. 11.

S. Pet. Dam.
serm. 27.

D. Hier. in
Epist. ad Eu-
stochium.
Gloria con-
temptores se-
quitur gloria.

Iob. 20.
Gloria sectato-
res fugit glo-
ria.

Gregor.

Hypocrita
mimi.
Iacob. 1.
Tertul.

centia ante Dominum. Cur ante Dominum? Quia hypocrizæ, inquit Damianus, lucent non ante Dominum, sed ante mundum: videantur ab hominibus.

De duabus stellis, & candelabris, quæ soli Creatori lucebant, D. Hieron. de Sancta Paula sic ait: Quæ unius urbis contem; sit gloriam, totius orbis opinione celebratur: quam Romæ habitantem, nullus extra Romam noverat, latentem in Bethlehem, & Barbara, & Romana terra miratur. Quando se plus dejiciebat, tantò magis à Christo subleuabatur: latebat, & non latebat: fugiendo gloriam, gloriam merebatur, quæ virtutem quasi umbra sequitur, & appetitores sui desentes, appetit contemptores.

Idem de S. Hilarione, qui omnia mundi latibula quaerit, ne ind. gnosceretur. Mirantur alij signa, quæ fecit, mirantur incredibilem abstinentiam, scientiam, humilitatem: Ego nihil ita stupeo, quam gloriam illum, & honorem calcare potuisse: quò magis enim sese occultabat, eò magis Deo revelante divulgabatur.

E contra vanæ gloriæ cupidus hypocrita, quò magis sese ostendat, eò magis se obscurat. Si ascenderit usque ad caelum superbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit, quasi sterquilinum in sine perdetur. Apta comparatio sterquilinij, & hypocrizæ: sterquilinum enim et si nive cooperit, citò candorem amittit, & foetorem exhalat; sic hypocrita fictæ nive sanctitatis contextus, citò suos graves emittit odores, &c.

Si ascenderit usque ad caelum, hoc est, si tam in sublime ferri videatur, ut capite nubes volando tangat, observare, quòd revera pennas non habet, nisi struthionis, qui cum pennas, quasi accipitris habeat, & super astra volaturus videatur, à terra tamen vix levatur. Sic hypocrita, ait Greg. Quantumlibet conetur, ac videatur in caelum ascendere, terrenæ tamen gloriæ pondere pressus, à terra non levatur.

O hypocrisim! ô fictionem! ô duplici-
tatem! Vir duplex animo, hypocrita hic est, qui, ut ait Tertul. mimicè veritatem tractat hoc est, gestu, externòque corporis habitu, ut in theatro, personam agit alie-

nam, sancti nimirum, cùm in propria persona nequissimus sit Duplex est ergo: nam is, qui apparet, non est.

Erat vir ille simplex. Sept. Erat homo ille verus. q. d. hypocrita fictus, pictusve est, non verus.

In charitate non ficta. Græc. In charitate Iob. 1. non hypocrita. Sept.

Sic ubi nos legimus: Charitas non est 2. Cor. 6. ambitiosa D. Basil. legit: Non mutat se in Greec. varias formas. non poterat melius signifi. 1. Cor. 13. care hypocritas, qui in tam varias formas D. Basil. se mutant, ut videantur ab hominibus.

Vir duplex animo inconstans est in omnibus Iac. 1. viis suis. Inconstantia hæc in hypocritis Hypocritarum inde est, quia virtus in ipsis violenta est. virtus violen- Motus violentus ex Philosopho est, cujus ta.

principium ab extra, non conferente vim passo. Intus nullum virtutis principium habent, solum ab extra, ab aura populari, cujus si nulla sit occasio, nulla est etiam virtutis actio. Permulti, inquit Nazian. Nazianzenus.

ad sumptus prompto animo faciendos sola honoris cupiditate ducuntur: ubi autem largitio arbitris caret, illic quoque largitio languescit. Quod dixit Nazian. de eleemosyna, de cæteris virtutibus dici potest Nec mirum: quia nullum violentum perpetuum. De his, Job: Hæc est pars Iob. 27.

hominis impii apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotente suscipient, &c.

D quos bene violentos appellat, quòd vi nulla, ad intra, sed solum ab extra moveantur.

Hypocrita eo ipso omnibus flagitiis plenus est. O plene omni dolo, & omni fallacia, dictum est ad hypocritam illum. Sy Syriacè. riacè. O plene omni dolo, & omnibus flagitiis.

¶ Vix scelus est, quòd sub hypocrisis non perpetretur. Jezabel illa immane commissura scelus, Prædicat, inquit, jejunium, omni scelere & sedere facit Naboth inter primos populi. plenus. Prædicat jejunium, vel ut legit Vatab. Con- Vatab.

E vocat concionem. Impia hæc, & hypocrita, sub jejunio, & prædicatione vult innocentis hominis mortem involvere.

Absalom non putavit, nisi admitticulo 2. Reg. 15. hypocrisis, peregrinationis in Ebron; vi- Absalom hy- strationis Patriarchatum, qui ibidem pocrita. quiescebant, exolutionis votorum, quæ fecerat; posse sese in regnum intrudere, patrem

patrem expellere. Quis non dixisset, o
piam mentem! o sanctas hominis cogita-
tiones! o dependentem à patre filium! ut
peregrè voti causa profecturus veniam à
patre perquireret peregrini habitum in-
duit! O passus sanctos! o hypocritam! o
hypocritam! veniam à patre accipit, qui
patri mortem meditatur, simulat religio-
nem ob talem, ac tantam ambitionem, &c.
*Statim ut audietis clamorem buccinae, dicite:
Regnabit Absalom in Ebron.*

Hi sunt, qui juxta Michæam, sanctifi-
cant bellum, hoc est, specie alicujus boni
canonizant odium, &c. sanctificant, seu
canonizant avaritiam, &c.

Sauilitem nescit avaritiam contigere,
nisi sub pretextu, ac specie religionis, sa-
cificandi Domino: *Ut immolarentur, in-
quit, Domino Deo, q. diceret sacrificij causa
hæc reservavi. Ubi omnes notat avaritiã.*

Joab non poterat tradere, ac agere
proditoriæ cum Amasa, nisi osculo pacis:
Salve, mi frater. O fictiones! o duplici-
tates!

Vitium, quod impudentissimè manus
autum est mittere in Christum Dominum,
fuit hypocrisis. *Osculo Filium hominis tra-
dis? &c. Quid facimus, quia hic homo multa
signa facit? q. dicant Pharisæi hypocritæ:
Gloriam heu perdimus, quam is acquirit.*

*Facti sunt quasi arcus dolosus, qui unam
partem sagittã petere videtur, cum ta-
men in aliam sagittam emittat*

Non est mirum, si Deus tan operè do-
losos odit. Stuporem efficit præceptum
illud de perpetuo bello adversus Amale-
citas, de nominis ejus deletione, deque
ultima ejus strage. Sic enim agebat Deus:
*Memento, quæ fecerit tibi Amal. c. in vis, quã-
do egrediebatur ex Egypto: quomodo occurre-
rit tibi (pacificè scilicet) & extremos agmi-
nis tui (per insidiã, & à tergo,) qui lassè re-
sistebant, ceciderit, quando tu eras fame, & la-
bore confectus. Delebis nomen ejus de sub celo,
cave, ne obliviscaris, &c.* Quam odit sim-
plicissimus Deus fictionem, & duplicita-
tem! &c.

¶ Vitanda ergo duplicitas, & hypocri-
sis. Sed cavendum, ne dum voluimus ca-
vere ab hypocrisi, opera bona non facia-
mus, vel quod aliqui faciunt, ne videan-

A tur hypocritæ, opera mala faciamus. Nō
desunt, qui adeo exhorrent vocari hypo-
critæ, ut ob hoc solum non peccent in te-
nebris, sed in meridie: peccatum prædi-
cant, in malitiã gloriarentur, pudetque eos
non esse impudentes, quod de se in suis
confessionibus dicebat August. Et pude-
bat non esse impudentem.

*Ex Principibus multi crediderunt in eum,
sed propter Pharisæos non confitebantur, ut è Sy-
nagoga non eicerentur, dilexerunt enim glo-
riam hominum magis, quàm gloriam Dei.*

B Vix hodie evacuatam est scandalum
Crucis. O quam multi à scandalis nō ca-
vent, & à communione in Ecclesia ca-
vent! quàm multi propter merum Ju-
dæorum non nisi nocte cum nobili illo De-
curione Confessarium adeunt. Tu disci-
pulus ejus sis. Et ipsi de hoc confundi, vi-
dentur, & imprecationem judicant.

C Sed erubuerit me, & meos sermones, hunc
Filius hominis erubescet, cum venerit in ma-
jestate sua, & Patris, & Sanctorum Angelo-
rum. Heu! quis honor inter Christianos
Christi est, ait Salvian. ubi religio facit
ignobilem! Vera virtus non est hypocri-
sis. Opus bonum in publico, si intentio sit
in occulto, non est hypocrisis. Virtutis
perficiamus opera, ut Christi deceat secta-
tores: compensemus scandala, quæ de-
dimus, operibus bonis, quæ facimus: non
timeamus sagittas parvolorum, linguas
obloquentium, &c.

Ut non timeat apud D. August. magnus
ille Victorinus Rhetor Urbis Romæ!
Huic ob insigne præclari magisterii sta-
tuam dicant, erat quippe omnium do-
ctrinarum peritissimus: At cum ad sene-
ctam usque fuisset venerator Idolorum,
sacrorumque sacrilegiorum particeps,

E non erubuit fieri puer Christi tui, & in-
fans fontis tui, subiecto collo ad humili-
tatis jugum, & edomita fronte ad Crucis
opprobrium. O Domine, qui inclinasti
caelos, & descendisti, tetigisti montes, &
fumigaverunt, quibus modis me insinu-
asti illi pectori? Legebat sanctam Scriptu-
ram, & dicebat Simpliciano: Novetis me
jam esse Christianum. Et respondebat ille:
Non credam, nec deputabo te inter Chri-
stianos, nisi in Ecclesiã Christite videre.

2. Reg. 3.

1. Reg. 15.

2. Reg. 10.

Hypocrisis
Christum pro-
didit.

Osee 7.

Exod. 17.

1. Reg. 15.
Deut. 25.

Hypocrisis ne
sic fuge, ut
fias imprudens

Isa. 5.
Psal. 51.

D. August.

Ioan. 12.

Ioan. 19.

Luc. 10.

Aug. Conf.
l. 18. c. 2.

Psal. 143.

Ille

Ille autem irridebat eum, dicens: Ergo hæc parietes faciunt Christianos? Et hoc sæpè dicebat, jam se esse Christianum: & Simplicianus illud respondebat, & sæpè ab illo parietum irrisio reperebatur, amicos enim suos verebatur offendere superbos Dæmonicos. Sed posteaquàm legendo auxit firmitatem, timuitque negari à Christo coram Angelis sanctis, si eum timeret coram hominibus confiteri, reusque sibi apparuit magni criminis, erubescendo de sacramentis humilitatis Verbi tui, & non erubescendo de sacrilegiis superbiorum Dæmoniorum, quæ imitator superbus acceperat, depudit vanitatem, & erubuit veritati, subitoque, & inopinatus ait Simpliciano: Eamus in Ecclesiam, Christianus volo fieri. At ille non capiens se lætitiâ, perrexit cum eo. Ubi autem imbutus est primis institutionum Sacramentis, nõ multò postetiam nomen dedit, ut per Baptismum regeneretur. Denique, ut ventum est ad horam profitendæ fidei, quæ memoriter in conspectu populi fidelis reddi solet ab eis, qui accesserunt ad gratiam, oblatum illi fuit à Presbyteris, ut secretius redderet, sicut nonnullis, qui verecundiâ trepidaturi videbantur, offerri mos erat: ille autem maluit salutem suam in conspectu sanctæ multitudinis profiteri. Ascendit igitur, ut redderet, & omnes sibimet invicem, quisque ut eum noverat, intrepuerunt nomen ejus strepitu cõgratulationis. Quis autem ibi non eum noverat? Et sonuit presso sonitu per ora cunctorum collatantium, Victorinus, Victorinus Citò sonuerunt exultatione, quia videbant eum, & citò siluerunt intentione, ut audirent eum. Pronunciavit ille fidem veracem præclarâ fiducia, & volebant eum omnes rapere intro in consuetum, & rapiebant amando & gaudendo. Hæc rapientium manus erant.

Matth. 5.

*Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Inhonora-
vimus Patrem, blasphemari fecimus, (d
quoties! Nomen ejus, curemus, ut glori-
ficetur, & c.*

Caveamus solùm inanem gloriam, & jactantiam, nec queramus gloriam no-

stram, sed gloriam Dei, & c. ne nobis accidat, quod in figura accidit Eleazar in libris Machab. Quod monet Gregor. Magnoperè oportet, & bona semper agere, & ab ipsis nos bonis operibus cautè in cogitatione custodire, ne si mentem elevent, bona non sint, quæ non auctori militant, sed elationi. Eleazar in prælio elephantem feriens stravit, sed sub ipso, quæ extinxit, occubuit. Quos ergo iste significat, quem sua victoria oppressit, nisi eos, qui vitia superant, sed sub ipsis, quæ subjiciunt, superbiendo succumbunt? quasi enim sub hoste, quæ prosternit, moritur, qui de culpâ, quâ superat, elevatur.

PUNCTUM XXI.

De jactantia.

Non sum sicut ceteri hominum, & c. jejuno, & c. O inanem jactantiam! quam deridens Bernardus: Phariseus hic, ait, stitem mendicans, manus divitiis, & auro plenas ostentat, quid mirum, si vacuus remanet?

Ezechias Rex, quod thesaurus Assyriorum Legatis ostentasset, jussu Domini laetantia audivit: *Eccc dies venient, & auferentur omnia bona omnia, quæ sunt in domo tuâ, & quæ condiderunt Patres tui usque in diem hanc, in Babyloniem. Hæc eorum pœna est, qui sine occasione, & cum quibus non oportet, propalant bona spiritualia, quæ acceperunt, vel temporalia, & c.*

Mox ut ille audivit: *Tu es caput aureum, Dan. 2. fecit statuam auream cubito rû sexaginta. Quid! Totam statuam effingis aureâ, cum caput solùm dictum sit aureum? & hujus, altitudinis? O jactantiam tam in spiritualibus, quàm in temporalibus! Dices illi: Hæc tua cogitatio bona est, hoc propositum bonum est, totû se hinc sanctum credit. In temporalibus: habet ille quatuor nummos, vix sex cubitorum est, & sexaginta cubitorum se fingit. Pulchre Theodoretus: Daniel caput solùm dixit aureum, superbia statuâ totâ fecit aureâ.*

Verum ut à jactantia aberat Sancti! Quis Jobo major in utrisque divitiis? Job procul

Job. 51.